Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Joachimi Langii, Verbi Diu. Min. & Gymn, Frider. Berol. Rect. Clavis Ebræi Codicis

Lange, Joachim

Halae Saxonum, MDCCVII

VD18 10506489

Caput II. De Nomine.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18517

Visual Library

Not. Vltima hæc Regula præcedentium quaſi eſt appendix, non, niſi iis probe conſultis, in ſubſidium vocanda. Et quia hæ quatuor regulæ inter ſe admodum ſunt cognatæ, ſæpe vnum exemplum, ad plures, ad vnam tamen primario poteſt reuocari.

CAPUT II.

DE NOMINE.

In Nomine notanda ſunt: *Forma*, *Genus*, *Motio*, *Comparatio*, *Caſus*, *Numerus*, *Status*.

§. I.

Secundum FORMAM nomen eſt vel *nudum*, ſolis conſtans literis radicalibus, 3. præt. *Kal.* vel *auctum* literis הַאֲמַנְתִּיו, & quidem vel ab initio, vel in fine, vel vtrinque, vt: a דָּבַר fit מִדְבָּר דָּבָר, דְּבוֹרָה, a מֶלֶךְ fit מַמְלָכָה.

§. II. GENVS præter *conſtructionem* cum verbo, Adiect. & Pronom. cognoſcitur

1) E *Significatione*: ſic *Maſculina* ſunt nomina naturæ aut officii virilis, montium, menſium, fluuiorum ac populorum. *Fœminina* ſunt nomina muliebris naturæ aut officii, vrbium, regionum, &c. *Communia* ſunt nomina animalium, ſub vna terminatione vtrumque ſexum notantia, vt: נֶשֶׁר aquila &c. Tantum fœminina ſunt אָתוֹן, רָחֵל, שְׂלָו, עֵז, אֶפְעֶה.

2) *E terminatione*. Sic *Fœminina* ſunt deſinentia in ה & ת *ſeruile*, vt: חָכְמָה ſapientia, מַלְכוּת regnum.

Huc

Huc refer 27. alia: אָשׁוּר , אֹרַח , אֹזֶן , אֶצְבַּע , אַגָּן , אֶבֶן
בְּאֵר , בֶּטֶן , גַּיְא , גֹּרֶן , דָּת , חֶרֶב , יָתֵד , כֵּס , כִּכָּר , נֹגַהּ , נַעַל , נֶפֶשׁ ,
עֶצֶם , עִיר , עֶרֶשׂ , פַּת , צֹאן , צָפוֹן , צִפּוֹר , רְבֹא , תֵּבֵל . *Masculina*
sunt reliqua. Sequentia 38 sunt *Communia*: דֶּלֶת ,
בֶּגֶד , אֵשׁ , אֶרֶץ , אָרוֹן , אֳנִי , אוֹת , שַׁבָּת , רִצְפָּה , קֶשֶׁת , נְחֹשֶׁת
גָּדֵר , גֶּפֶן , דֶּרֶךְ , הָמוֹן , זָקָן , חֵבֶל . חַלּוֹן , חָצֵר , לָשׁוֹן , מַחֲנֶה , מַטֶּה ,
מֵצַח , סִיר , עָב , עֵת , פַּעַם , קֶרֶן , רוּחַ , רְחוֹב , רֶחֶם , שְׁאוֹל , שֵׁבֶט , שֶׂה ,
שֶׁמֶשׁ , שֵׁן , שָׂדֶה , תְּהוֹם .

Not. 1. *Cardinalia* a 3. ad 10. incluſ. ſub terminatione *Masculina* ſunt *Fœm.* & vice verſa, vt: שְׁלֹשָׁה עֲבָדִים tres ſerui, שָׁלֹשׁ אֲמָהוֹת, tres ancillæ: a 20. vero ad 100. ſunt Generis Communis.

2) *Neutrum* per Foemininum aut Maſculinum exprimitur: Vbi tamen ſubeſt Subſtantiuum Foeminin aut Maſcul. vt: אַחַת שָׁאַלְתִּי vnum petii. Ebr. vnam, ſic. שְׁאֵלָה petitionem. PS. XXVII, 4. לֹא טוֹב non eſt bonum, ſc. דָּבָר negotium. Gen. II, 28.

§. III. Motio e Maſcul. in Fœm. fit addito ָה, vt: טוֹב , טוֹבָה , מֶלֶךְ , מַלְכָּה Rex, Regina. אִישׁ אִשָּׁה; vir, mulier, ſed ה radicale tunc perit, v. g. יָפֶה pulcher, יָפָה pulchra: ſic עֹשֶׂה faciens f. עֹשָׂה.

Not. 1.) Gentilia & *N*umeralia, deſinentia in ִי Fœmininum formant adjiciendo ת, vt: יְהוּדִי, יְהוּדִית , שֵׁנִי שֵׁנִית: aliis adjicitur ָה, Dageſſato י vt: נָכְרִי, נָכְרִיָּה extraneus.

2.) Participia (& paucula alia, præcipue in ſtatu conſtructo) mouentur etiam in Fœm. in ֶת v. g. אַיִל, ex אַיֶּלֶת & אַיָּלָה, פּוֹקֵד ex פּוֹקֶדֶת & פּוֹקְדָה

לְהָבָה & לְהֶבֶת, ex לַהַב, עֲטָרָה & עֲטֶרֶת. Pro ◌ָ interdum alternat. ◌ֶ

§. IV. COMPARATIO fit periphraſi: (1) *Comparatiuus* per מִן vel מִ vt: טוֹבָה מִפְּנִינִים חָכְמָה bona eſt ſapientia præ margaritis, i. e. melior.

2) *Superlatiuus* redditur a) per *geminationem poſitiui*, vt: טוֹב טוֹב bonus bonus, i. e. optimus; vel b) per *particulam intendendi*. מְאֹד, vt: טוֹב מְאֹד valde bonus. i. e. optimus. c) per *Subſtantiuum* in Regimine *geminatum*, vt: עֶבֶד עֲבָדִים *ſeruus ſeruorum* i. e. *viliſſimus* d) per *Abſtractum emphaticum*, vt: דַּרְכָּם חֹשֶׁךְ *via ipſorum tenebræ*, i. e. *tenebroſiſſima*. PS. 35, 6.

§. V. CASVS hic nulli ſunt ſecundum terminationes, ſed di iudicantur e conſtructione, & cohærentia aut ſeparatione vocum per accentus. Notantur interdum per particulas. הַ communis nota Caſuum eſt, præcipue Nominatiui & Vocatiui. Rarius *Genitiuus ſæpius Datiuus* per לְ; *Accuſatiuus* poſt verbum Actiuum per אֵת; *Ablatiuus* per מִן ſiue מִ aut? notatur. Poſt Paſſiua & *Neutra* אֵת etiam *Nominatiuo* præponitur. אֹתִי me *Acc.* אִתִּי mecum, Abl.

§. VI. NVMERVS *Singularis* per ſe patet. *Dualis* omnium generum deſinit in ◌ַיִם vt: יָדַיִם ex יָד. יוֹמַיִם a יוֹם Vbi ה fœm. in ת mutatur, vt: שְׁנָתַיִם biennium, a שָׁנָה annus; ſic שִׁבְעָתַיִם ſepties.

Plural. (a) *Maſculinorum* deſinit in ◌ִים, vt: דְּבָרִים, דָּבָר. Not. Deſinentia in ◌ִי faciunt, ◌ִיִּם vel ◌ִים: vt a צִי fit צִים & צִיִּים. b) *Foemininorum* & *Communium* deſinit in וֹת, abiectis ה vel ת

ſer-

ſeruilibus (exceptis monoſyllabis)cum præceden-
te vocali , vt : צדקות a צדקה מלכיות a מלכות.

Not. 1.) 12. Pluralia more Chaldæo termi-
nantur in ין. & alia 10. ad formam Pluralis Con-
ſtructi Syrorum in י 2) 42. Maſculina deſinunt in
ות, vt : אבות אב, ſic אוב אוח אצר ארמון אשכל כהן ,
כסא , טפח , חשבון חלום חזה זנב דרבן גורל גו בור ,
מקום מצר משער מסב מטר מזלג מזבח ליל לוח ,
קיר , קול צרור צבא עשב עפר עור נר נאד מקל ,
שת , שם שלחן שוד רחוק קרב . 3) 35, Fœminina &
Communia habent in Plurali ים , vt : מלה מלים
verba. 4) 47. faciunt ſimul ים & ות , vt : יום dies ,
ימים , ימות &c. Conf. Waſm. p. 70. 71. 5) Cardina-
lia a 2. ad 10. in Plurali tot ſignificant *denarios*, quot
unitates ſingulare denotat , vt : שלשים triginta : ſed
ex עשר decem , fit עשרים , viginti. Hinc eorum
ſingulare conſtruitur cum nominibus *plur.* in ſtatu
abſol. & *conſtructo* , vt : שלשה אנשים tres viri , שבעה ימים
& שבעת ימים ſeptem dies. Quæ vero ſupra dena-
rium ſunt , regunt numeratum plerumque in *ſingu-
lari* ac *ſtatu abſoluto*, vt שלשים איש ; quaſi tringinta vir,
vt nos , drey Männer / dreyßig Mann. 6) Quæ-
dam ſunt vel *ſingularia* , vel *Dualia* , vel *Pluralia* tan-
tum , de quibus Conf. Waſm. p. 71. 72.

§. VII. STATVS in nomine triplex eſt :

1) *Abſolutus* ,cum nomen ponitur nude & ab-
ſolute , ſine extra conſtructionem cum alio.

2) *Conſtructus* , ſeu *Regiminis* duorum ſubſtan-
tiuorum , quorum vt apud Latinos poſterius in
Genitiuo ponitur , ſic prius apud Hebræos in

Sing. mutat terminationem ָה in ַת; in Plurali ִים & in Duali ַיִם in ֵי vt: צְדָקָה, צִדְקַת; דְּבָרִים, דִּבְרֵי; ſic a שָׁמַיִם. שְׁמֵי.

Not. a) E Numeralibus Cardinalia ſæpe ponuntur ſubſtantiue & in ſtatu conſtructo, v.g. שִׁבְעַת יָמִים *ſeptem dies*, מְאַת שָׁנָה *centum anni*.

b) Ex שְׁנַיִם *duo*, & שְׁתַּיִם *duæ*, *ſtatus* conſtructus non modo eſt שְׁנֵי & שְׁתֵּי, ſed etiam (præſertim ante עָשָׂר & עֶשְׂרֵה *decem*) שְׁנֵים. & שְׁתֵּים.

c) Tria nomina אָב Pater, אָח frater, חָם ſocer, in ſingulari conſtructo & affixo aſſumunt terminationem ִי, manente quidem ָ in *affixo*, ſed in *conſtructo* in ֲ tranſeunte, vt: אֲבִי, אֲחִי, חֲמִי.

d) Forma nominum ָ ֶ vbique contrahitur in ֹ vt: אָוֶן, אוֹן; תָּוֶךְ c. תּוֹךְ; מָוֶת, מוֹת, hinc plur. מוֹתִים præter שֶׁל, quod conſtructum habet שֶׁל.

e) בַּיִת in ſtatu conſtructo & ſuffixo habet בֵּית, פֶּה c. פִּי, מַיִם c. מֵי & ante ſuffixa מֵימֵי, אִשָּׁה c. אֵשֶׁת. It. לַיִל, דַּי c. דֵּי.

f) Nomini poſteriori interdum præmittitur vnum e præfixis מ, ל, ב, vt כְּשִׂמְחַת בַּקָּצִיר ſicut gaudium in meſſe i. e. meſſis. שְׁנַת לְעֵינַי ſomnus oculorum meorum. Nonnunquam occurrit *Enallage formæ conſtructæ* pro *Abſoluta*, & vice verſa.

3) *Affixus ſtatus* eſt, dum nomini á fine ſuffigitur pronomen inſeparabile, ſiue *affixum*, vt דָּבָר, דְּבָרוֹ verbum ejus. Hic terminationes abſoluti pluralis ִים & Dualis ַיִם abiiciuntur, vt á דברים

דְּבָרִים , דְּבָרֵינוּ ; a שְׂפָתַיִם , שְׂפָתֶיךָ ; ות vero plurale ante affixa manet , vt. קֹלֹתַי ; ה fœm. in ת mutatur. Conf. Cap. IV. §. III.

§. VIII. Ad Nominum claſſem pertinent Pronomina ; & quidem *ſeparata*. inſeparabilia vero ſiue *ſuffixa* ad *Particulas* commodo referuntur. Sequentia ſunt *ſeparata*: eaque vel *Perſonalia* , vel *Demonſtratiua* , vel *Relatiua* , vel *Interrogatiua*.

Sing. Ego C. אָנֹכִי אֲנִי
Tu *Maſc*. אַתָּה , Fœm. אַתְּ
Ipſe הוּא , Ipſa , הִיא , הִוא
Plur. Nos נַחְנוּ , אֲנַחְנוּ
Vos *Maſc*. אַתֶּם , Fœm. אַתֵּן
Ipſi הֵם , הֵמָּה , Ipſæ הֵן , הֵנָּה.

Not. Ex his *Pronominibus Perſonalibus* oriuntur partim quædam *ſuffixa poſſesſiua*, partim *terminationes* Præteritorum & *Præformatiuæ* Futurorum , vt Paradigmata oſtendunt.

Dem. Sing. זֶה , זוּ (הַלָּזֶה) hic , ille . זֹאת , זוֹ , hæc , iſta , *Plur*. אֵל , אֵלֶּה , hi illi , hæ illæ.

לָז , ille , illa , cum ה parag. & præf. הַלָּזֶה.

Rel. אֲשֶׁר qui , quæ , quod , omnis generis, numeri & perſonæ. Interdum ſumitur cauſaliter, e. g. עַל אֲשֶׁר eo quod.

Interr. מִי quis vel quæ ? מָה vel מֶה quid ? vtriusque numeri.

Not. מִי ratione caſuum ſe habet, vt nomen , e. g. לְמִי cui ? אֶת מִי quem ? בֶּן מִי cuius filius ? מָה cum voce ſequente interdum coaleſcit , e.g. מַזֶּה pro מַה־זֶּה , מַלָּכֶם pro, מַה־לָּכֶם componitur etiam cum ל

b 5 ſe-

ſequente Dageſch Euphonico, vt: לָמָּה cur ? Sic בַּמֶּה in quo ? כַּמָּה quot, tot.

Pronomina Reciproca deliteſcunt in Coniug. Hithpael, vel exprimuntur per nomen נֶפֶשׁ de perſona, de rebus aliis per עֶצֶם, vt: iurauit Dominus בְּנַפְשׁוֹ *per animam ſuam i. e. per ſe ipſum.* Amos. 6, 8. בְּעֶצֶם הַיּוֹם הַזֶּה *in ſubſtantia diei iſtius* i.e. *illo ipſo die.* Gen. VII, 13.

Tandem nota, Pronominum *Perſonalium Caſus obliquos* conflari e *Notis caſuum* cum *Affixis* hoc modo.

Datiuus per	לְ	*Accuſatiu.* per	אֵת
Mihi, C.	לִי	Me, C.	אוֹתִי
Tibi, M.	לְךָ	Te, M.	אוֹתְךָ
Tibi, F.	לָךְ	Te, F.	אוֹתָךְ
Ipſi, M.	לוֹ	Ipſum	אֹתוֹ
Ipſi, F.	לָהּ	Ipſam	אוֹתָהּ
Nobis, C.	לָנוּ	Nos C.	אוֹתָנוּ
Vobis, M.	לָכֶם	Vos, M.	אֶתְכֶם
Vobis, F.	לָכֶן	Vos, F.	אֶתְכֶן
Ipſis, M.	לָהֶם	Ipſos	אוֹתָם
Ipſis, F.	לָהֶן	Ipſas	אוֹתָן

Ablatiuus per אֵת, מִן, עִם, בְּ, vt: אִתִּי mecum אִתָּנוּ nobiscum, מִנִּי & (geminata litera מ) מִמֶּנִּי a me, מִמֶּנּוּ a nobis, עִמִּי mecum, עִמָּנוּ nobiſcum, בִּי in me, בָּנוּ in nobis. Reliqua de *Affixis* vide Cap. IV. §. III.

CAP.

Caput III.

DE VERBO.

Membrum I.

DE VERBO REGULARI.

In Verbo notanda ſunt quatuor: *Coniugationes*. *Modi*, *Tempora*, ac *Temporum Formatio*.

§. I.

Coniugationes (ſiue potius Formarum ac ſignificationum verbalium in *vnica* Ebræorum *Coniugatione*) ſunt quatuor, ex antiquo Paradigmate פָּעַל nomen fortitæ.

1. Paal ſeu *Kal* cum Paſſiuo *Niphal*.
2. *Piel* cum Paſſiuo *Pyal*.
3. *Hiphil* cum Paſſiuo *Hophal*.
4. *Hithpaël*: vbi euphonice transponitur litera ת ante ſibilantes ס, צ, ש, mutato inſuper, poſt צ, ת in ט, vt: הִשְׁתַּבַּח pro הִתְשַׁבַּח laudauit ſe. הִצְטַדֵּק pro הִתְצַדֵּק iuſtificauit ſe. הִסְתַּבֵּל pro הִתְסַבֵּל onuſtum reddidit ſe.

2) ת excidit ante דטת, compenſatum per Dageſch, vt: הִדַּבֵּר, הִטַּהֵר, הִתַּמֵּם.

§. II. Modi ſunt tres: *Indicatiuus* (ſub quo latet coniunctiuus) *Imperatiuus* & *Infinitiuus*: & hic eſt vel *abſolutus*, vt: פָּקוֹד, qui nude ponitur, & in Kal. pro: habet ־, vel *conſtructus* פְּקֹד qui conſtruitur ſeu ponitur cum affixis, aut cum præfixis בכלם Gerundia & Supina efficit.

§. III.